



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Permissio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

est supra immedieate.

SOMN E petiurum promissoriū de præsentī, dū promittitur aliquod bonū vel malū, sine animo fetuandi, aut animo obligandi se, aut animo non iurandi, semper est mortale, quia deest præsens veritas. Si quis autem iurauit animo vero facere aliquod malum, quod est mortale, vt occidere hominem, incurrit periutū: quia iuramentum applicat ad materiam, quam oportet falsificare, & sic est mortale peccatum etiam quia firmatur voluntas ad aliquid mortale. Si verò tale malū est veniale, tunc iurans animo faciendo peccat tamē venialiter: vt si iure non mutuare sorti extra casum ex stremæ necessitatibz. De futuro autem tempore iuramentū promissoriū si non adimplerit, incurritus periutū, quando est obligatiū, & est mortale, nisi quando materia non est capax vinculi obligatoriū: vt quando est de malo, sive veniali, sive mortali, vel de omissione alicuius superrogationis boni, vel de actu indifferenti ad bonū, vel malum: vt si iurauit ire ad campū, vel leuata festucam, vbi nullum repperit bonum, vtile, vel honestum: in his nō tenetur quis seruare iuramentum, sed sive mortali potest contravenire, quia non est materia obligatoria, & ita nō est simpliciter periutus, sicut si esset materia obligatoria.

PITEM ex aliquo euentu non tenetur seruare, vt si iurauit Rex facere gratiam quameūque, & perturbar aliquod malum, vt fecit Heroditas, nō tenetur seruare, vel si eventus esset impeditius maioris boni: vt si iurauit contrahere cum Berta, & postmodum volo religionem intrare, non teneor seruare iuramentum. Item ex modo iurandi: vt si quis iuret non sedere in prima sede, vel huiusmodi, ad honorandum alterum, & tamen preibus coactus sedet, non est periutus: quia intelligendum est, quantum ad ipsum nolebat sedere: & in multis similibus. Sic Petrus dixit, non laubis mihi pedes in eternum. Item quando quis iurauit vi, vel metu cadente in cōstantem vitus. §.2. &c. §.5.

H 4 PER-

rum. Totius tamen est in his iuramentis factis metu à superiori relaxationē habere. Item ex relaxatione facta, vel ab eo, cui facta est promissio, vel à superiori, non tenetur sub peccato mortali seruare, & contraueniendo nō fit periutus.

SPER IURIVM comminatorium de præsentī, vt cūm quis iurauit animo mendaci, semper est mortale in quacunque materia fiat: quia fit Deo iniuria, & deest præsens veritas, vt supra dictum est. Si fiat animo veraci super re, qua de se mortaliter sit: vt quia iurauit diffamare, vel furari, &c, mortale est, & non tenetur implere, immo adimplendo mortaliter peccaret. Si verò iurauit punire, & hoc secundum iustitiam, & ex punitione maius bonum oritur, debet seruari: sc̄us si non oritur, sed maius malum, vel quando is, cui comminatus est, veniat peccatum, & corrigitur: in his autem discretione opus est, & recti iudicij consideratione, quid magis expediatur. An peccet mortaliter exigens iuramentum ab aliquo, quem scit falso iuratū, supra, iuramentum, §.33. & alia, quae ad hanc materiam spectant, vide ibi iuramentum, p. 101. An sit peccatum mortale sine necessitate iurare, supra, iuramentum, §.7.

PERMISSIO.

PERMIS SIO peccatorum sine rationabili causa peccatum est. Rationabilit autem causa est, vel vitatio maioris mali, sicut lex lupanaria permittit, vel inductio maioris boni: vnde de prælati, vel patres permittentes aliqua mala propter tenendam pacem, & huiusmodi, non peccant. Si autem facerent propter aliquod commodū proprium, vt quia lucrantur aliquod munus, vel fauorem, & huiusmodi, grauiter peccarent. Quando autem sit mortale, vel veniale, in casibus particularibus matura consideratione indiget. Vide Thom. 4. senten. d. 33. qu. 1. 12. & secunda secunda q. 93. a. 3. & Panormita. in c. vt clericorum. de vi. & hon. cleri. ver. prælati, infra, Præla-

